



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Abdiae Babyloniae Primi Episcopi Ab Apostolis Constitvti,  
de historia certaminis Apostolici, libri decem**

**Abdias <Babylonius>**

**Coloniae, 1576**

**VD16 B 5299**

Prologvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45288**

VITA SANCTI MAT.  
THIAE APOSTOLI, VER-  
sa ex Hæbræo, incerto authore.

PROLOGVS.



*Occasio scri-  
bendi qui  
alij.*

V M multo studio ac so-  
licitudine flagrare, quo-  
modo gesta Beati Mat-  
thiae Apostoli, quæ apud  
nullum habentem eccle-  
siasticorum interpretum inueni-  
rem, quidam presbyter nomine Theo-  
doricus fluctuantem ac tristem me vi-  
dens, causasque à me tristitiae requisi-  
uit, & accepit. Vnde summa exulta-  
tione perfusus, quia hoc in me studiū  
inuenerat, dixit, quod si eo iudicato-  
rum interpres esse cuperem, cum quo-  
dam Iudæo familiari suo se aucturum,  
ut mihi librum, quem ipsi Damnato-  
riū intitulant, quod in eo contra legē  
agentium damnatio cōtineatur, Mat-  
thiæ scilicet, & Iacobi utriusq; & Ste-  
phani, idem Iudæus præsentaret. Di-  
diceram autem eo ipso tempore à quo-  
dam Iudæo literas Hæbraicas. Venit  
ergo Iudæus, libellum deferens: cu-  
ius cum ego titulum legerem, Sicha-  
rim, hoc est Canticum cantorum scri-  
ptum

ptum inueni: tanta indignatione com-  
motus sum, ut vix ab eo manus con-  
tinuerim. Nam illo innato sibi in  
Christianos odio decipere me gestie-  
bat. Et tu, inquam, leno spurcissime,  
clericumne fallere tentas, qui Hæ-  
braicarum Græcarum & Latinarum  
literarum, historiarumque plenā ha-  
bet scientiam. Nihil est certè in omni  
vestra bibliotheca, siue Græca, siue  
Hæbraica, quod nesciam. Quod qui-  
dem falso, sed ex industria dixi. Ti-  
more igitur correptus, maximè ne  
ei apud Principem, cum quo benè po-  
teram, ea potestate nocerem, iure-  
iurando promisit, se mihi satisfactu-  
rum: quod & fecit. Lecto namque ti-  
tulo libri, quem postmodum detu-  
lit, Haymatay. hoc est, Vita Matthiæ, *Historiæ ve-*  
*scriptum deprehēdi. Venitque opin-*  
*tus omnia me intelligere, quæ infra* ritatē dicit *precio.*  
scripta erant, licet inuitus, omnem ta-  
men ex ordine gestorū mihi veritatē  
aperuit, accepto à nobis precio soli-  
dorum viginti trium. Posthac Domi-  
nus meus Archiepiscopus, anno se-  
quente, ab alio Iudæo in periculo re-  
rum suarū cōstituto, ita se habere de-  
prehēdit, excepto, quod cū ad nomen  
suum

suum dixit allusisse versiculo Psalmi.  
Postremò cuidam inclusæ, pro hoc ipso  
triduanū agenti ieunium, à Domi-  
no idem reuelatum est. Legatur igitur  
absque omni scrupulo hæsitationis,  
quod tam certis argumentis ve-  
rum esse probatum est: quia omne du-  
biū Spiritus sanctus aboleuit. Quo  
modo autem de Iudæa Treuerim ve-  
nerit, sicut in historia Treuerica, & in  
monumentis Sylvestri Papæ Roma-  
ni legi, miracula quoque eius subse-  
quenter edisseram.

## P R A E F A T I O.

**R** Euerendissimo Domino suo, Ec-  
clesiae Sancti Eucharÿ Treue-  
ris, Abbatij verè dignissimo, hu-  
milis Leuita, omnium fratrum illi  
commissorum ultimus, debitæ subie-  
ctionis deuotum obsequium.

Cum verbo simul & opere præpol-  
leas, pater beatissime, plurimos à le-  
uitate sæculari retractos theorice  
claustro societati, ex quibus inspecia-  
lius illud tuæ solitudinis studiū im-  
pendi-